B. 086 - XXIII - XXV

SUPPLEMENTUM EPIGRAPHICUM GRAECUM

REDIGENDUM CURAVIT
A. G. WOODHEAD

ADIUVANTIBUS
M. N. TOD, A. M. WOODWARD,
J. BOUSQUET, T. B. MITFORD

CONSILIUM PRAEBENTIBUS
W. DEN BOER,
B. A. VAN GRONINGEN, J. H. THIEL

VOLUME XXIII

LUGDUNI BATAVORUM
APUD A. W. SIJTHOFF
MCMLXVIII

© A. W. Sijthoff's Uitgeversmaatschappij N.V. 1968
No part of this issue may be reproduced in any form, by print, photoprint, microfilm or any other means without written permission from the publisher.
Printed in the Netherlands by A. W. Sijthoff, Printing Division, Leyden

CONSPECTUS LOCORUM

		nn. inscriptionum	nn. paginarum
ATTICA			
	ante annum Euclidis	1-50	1-14
	post annum Euclidis	51-168	14-63
AEGINA		169	63
CORINTHIA	Corinthus et vicinia	170-177	63-66
CLEONAEA	Nemea	178-185	66-69
ARGIA		186-189	69-71
	Argi	188/9	70-71
	Mycenae	186/7	69-70
HERMIONIA	Hermione	190	71
TROEZENIA	Troezen	191-192	71-72
EPIDAURIA	Epidaurus	193-194	72
LACONIA		195-200	72-74
	Gytheum	197	73
	Kotronas	198	73
	Sparta	195/6	72-73
	Taenarum oppidum	199/200	73-74
	Teuthrona	198	73
MESSENIA	Messene	201-232	74-87
ARCADIA		233-250	87-90
	Cleitor	235	88
	Phigalea	236/50	88-90
	Tegea	233/4	87-88
ELIS	Olympia et vicinia	251-263	90-93
ACHAIA	Pitsà	264	93-94
MEGARIS	Aegosthena	265-268	94
BOEOTIA		269-303	95-108
	Acraephia	283/5	102
	Chaeronea	301	106
	Coronea	286/95	102-105
	Lebadea	296/7	105-106
	Orchomenus	298/300	106
	Origo incerta	279/82, 302/3	100-101, 107-108
	Oropus	269	95
	Tanagra	270	95
	Thebae	277/8	99-100
	Thespiae	271/5	91-99
	Thisbe	276	99

		nn. inscriptionum	nn. paginarum
DELPHI		304-332	108-119
PHOCIS		333-338	119-120
	Ambryssus	333	119
	Daulis	334/7	119-120
	Elatea	338	120
DORIS	Inochori	339-340	120
LOCRI ORIENTALES	Halae	341-342	120-121
LOCRI OCCIDENTALES		343-358	121-130
	Galaxidi	343	121
	Longa (Κρουνοί)	357	128
	Naupactus	344/56	121-128
	Oeanthea	343	121
	Psoriani	358	128-130
INSULAE MARIS IONII		359-395	130-138
	Cephallenia	388/90	136-137
	Corcyra	391/5, 477	137-138, 163
	Zacynthus	359/87	130-136
AETOLIA		396-399	139-140
	Callium	399	140
	Thermus	396/7	139
	Thestia	398	139-140
ACARNANIA		400-404	140-141
	Anactorium	400	140
	Thyrrheum	401/4	140-141
THESSALIA		405-469	141-160
	Cierium	411	143-144
	Crannon	437	150-151
	Demetrias	447/59	153-157
	Doliche	462	158-159
	Echinus	407	142
	Gonni	446	153
	Heraclea	405	141-142
	Iolcus	460	158
	Lamia	406	142
	Larisa	438/42	151-152
	Mikro Kiserli	443/5	152-153
	Oloosson	467	160
	Phalanna	461	158
	Pharsalus	408/10	143
	Pherae	415/36	144-150
	Pythium	463/6	159-160
	Scotussa	412/4	144
	Varia	468/9	160

		nn. inscriptionum	nn. paginarum
EPIRUS		470-480	161-165
	Buthrotum	477	163
	Dodona	470/6	161-163
	Phoenice (Feniki)	478/80	164-165
ILLYRICUM		481-489	165-169
	Apollonia	486/7	166
	Berat	488	166
	Elbasan	482	165
	Fjeri	485	166
	Hvar	489	166-169
	Koman	483/4	165-166
	Nymphaeum (?)	481	165
	Pharus	489	166-169
	Pojani	486/7	166
	Scutari	483/4	165-166
	Selenitza	481	165
	Shales	482	165
	Valona	488	166
THRACIA	Varia	490	169-170
DELUS Ins.		491-527	171-179
CRETA		528-601	179-200
	Anopolis	560/1	188
	Aptera	562	188
	Axus	563/8	189-192
	Chersonasus	528	179
	Cisamus	569	192
	Cydonia	570	192
	Drerus	529/30	179
	Eleutherna	571/2	192-193
	Gortyn	585/601	195-200
	Heraclion et vicinia	531/2	180
	Loutsouras	582	195
	Lappa	573/4	193
	Lato	533/42	180-182
	Lyttus	543/4	182
	Meskla	575/7	193-194
	Milatus	545	182-183
	Olus	546/55	183-187
	Phaestus	556/8	187-188
	Praesus	583	195
	Prinias	559	188
	Rhithymna	578	194
	Setaea	584	195
	Stavromenos	580	194
	Stavros	579	194
	Sybrita	581	194-195

		nn. inscriptionum	nn. paginarum
CYPRUS			
	Akanthou	602-685	200-220
	Amargetti	678/80	218
	Amathus	641/5	209-210
	Arsinoe	625/7	205-206
	Carpasia et vicinia	656/8	213
	Chytri et vicinia	681/3	218-219
	Citium et vicinia	675/6	217
	Curium et vicinia	618/22	204-205
	Golgi	630/4	206-208
	Idalium	606/8	201-202
	Kouklia et vicinia	623/4	205
	Koutrafas	635/46	208-211
	Ktima et vicinia	666	215
	Lapithus et vicinia	647/55	211-213
	Larnaca et vicinia	672/4	216-217
	Limassol et vicinia	618/22	204-205
	Marathovounos	629	206
	Marium	677	218
	Morphou	656/8	213
	Nicosia et vicinia	664/5	215
	Origo incerta	602/5	200-201
	Paphus nova et vicinia	608,628,684/5	202,206,219-220
	Paphus vetus et vicinia	647/55	211-213
	Politiko	635/46	208-211
	Pyla	667/71	215-216
	Salamis	621/2	204-205
	Sinda	609/16	202-203
	Soli	617	203-204
	Tamassus	659/63	213-215
		667/71	215-216
VARIA			
	Corrigenda ad volumina priora	686-689	220
		686	220

SIGLA

Praecipue in hoc volumine his siglis usi sumus:

Abh. Akad. Berlin = Abhandlungen der Deutschen Akademie der Wissenschaften zu Berlin.
AJA = American Journal of Archaeology.
AJP = American Journal of Philology.
Ann. Ep. = L'Année épigraphique.
Annuario = Annuario della Scuola Archeologica (Italiana) di Atene.
Ant. Class. = L'Antiquité classique.
Arch. Anz. = Archäologischer Anzeiger (Beiblatt zum Jahrbuch).
Arch. Class. = Archaeologia Classica.
'Αρχ. Δελτ. = 'Αρχαιολογικὸν Δελτίον.
'Αρχ. 'Εφ. = 'Αρχαιολογικὴ 'Εφημερίς.
Archaeology = Archaeology, publ. of the Archaeological Institute of America.
Athenaeum = Athenaeum, studi periodici di letteratura e storia dell' antichità.
Ath. Mitt. = Mitteilungen des Deutschen Archäol. Instituts, Athenische Abteilung.
ATL = B. D. Meritt, H. T. Wade-Gery, M. F. McGregor, *The Athenian Tribute Lists*, Vol. I/IV, 1939/53.
BCH = Bulletin de Correspondance Hellénique.
Berytus = Berytus, Archaeological studies published by the Museum of Archaeology of the American University of Beirut.
BMI vel *Brit. Mus. Inscr.* = Greek Inscriptions in the British Museum.
BSA = Annual of the British School at Athens.
CIG = Corpus Inscriptionum Graecarum.
Cl. Phil. = Classical Philology.
Cl. Qu. = Classical Quarterly.
Cl. Rev. = Classical Review.
Eirene = Eirene, Studia Graeca et Latina.
'Ελληνικά = 'Ελληνικά, φιλολογικόν, Ιστορικὸν καὶ λαογραφικὸν περιοδικὸν σύγγραμμα, Θεσσαλονίκη.
Euphrosyne = Euphrosyne, Philologarum rerum commentarii ad classicae humanitatis studium et cultum apud Lusitanos ac Brasilienses provehendum.
F. de Delphes = Fouilles de Delphes.
Glotta = Glotta, Zeitschrift für griech. und lat. Sprache.
Gnomon = Gnomon, Kritische Zeitschrift für d. gesamte klassische Altertumswissenschaft.
Gymnasium = Gymnasium, Zeitschrift für Kultur der antike und humanistische Bildung.
Hermes = Hermes, Zeitschrift für klassische Philologie.
Hesperia = Hesperia, Journal of the American School of Classical Studies at Athens.
Historia = Historia, Zeitschrift für alte Geschichte.
IG = Inscriptiones Graecae.
IGRR = Inscriptiones Graecae ad res Romanas pertinentes.
Inscr. Cret. = Inscriptiones Creticae, Vol. I/IV, ed. M. Guarducci (1935-50).
Inscr. Délos = Inscriptions de Délos.
I.v.Ol. = Inschriften von Olympia, herausg. von W. Dittenberger und W. Purgold (1906).

Jahrb.	= Jahrbuch des Deutschen Archäologischen Instituts.
Jahresh.	= Jahreshefte d. Oesterreichischen Archäol. Institutes.
JHS	= Journal of Hellenic Studies.
Kadmos	= Kadmos, Zeitschrift für vor- und frühgriechische Epigraphik.
Klio	= Klio, Beiträge zur alten Geschichte.
Mnemosyne	= Mnemosyne, Bibliotheca classica Batava.
Mus. Helv.	= Museum Helveticum, Schweizerische Zeitschrift für klassische Alterumswissenschaft, etc.
Num. Chron.	= Numismatic Chronicle.
PA	= Prosopographia Attica, ed. J. Kirchner.
La Parola del Passato	= La Parola del Passato, Rivista di Studi Classici.
Philologus	= Philologus, Zeitschrift für das klassische Altertum.
Phoenix	= The Phoenix, Journal of the Classical Association of Canada.
PIR²	= Prosopographia Imperii Romani, editio secunda.
Πλάτων	= Πλάτων, Journal of the Hellenic Philological Society.
Πολέμων	= Πολέμων, ἀρχαιολογικὸν περιοδικόν, Ἀθῆναι.
Πρακτικά	= Πρακτικὰ τῆς ἀρχαιολογικῆς Ἑταιρείας.
RA	= Revue Archéologique.
R.E.	= Pauly-Wissowa, Realencyclopädie der classischen Altertumswissenschaft.
REA	= Revue des études anciennes.
REG	= Revue des études grecques.
Rendic. dei Lincei	= Rendiconti dell'Accademia Nazionale dei Lincei.
Rept. Dept. Ant. Cyprus	= Report of the Department of Antiquities, Government of Cyprus.
Rev. Phil.	= Revue de philologie, de littérature et d'histoire anciennes.
Rh. Mus.	= Rheinisches Museum für Philologie.
RIDA	= Revue Internationale des Droits de l'Antiquité.
Riv. di Fil.	= Rivista di Filologia e di Istruzione classica.
Sb. Akad. Wien	= Sitzungsberichte der Akademie der Wissenschaften in Wien: philosophisch-historische Klasse.
SEG	= Supplementum Epigraphicum Graecum.
SGDI	= Sammlung d. Griechischen Dialektinschriften.
Studii Clasice	= Societatea de Studii Clasice din Rep. Populare Romîne: Studii Clasice.
Syll.³	= W. Dittenberger, Sylloge Inscriptionum Graecarum, editio tertia.
TAM	= Tituli Asiae Minoris.
TAPA	= Transactions of the American Philological Association.
Θεσσαλικά	= Θεσσαλικά, περιοδικὴ ἔκδοσις διὰ τὴν Θεσσαλικὴν ἀρχαιολογίαν: ἐπιστημονικὸν ὄργανον τῆς Φιλαρχαίου Ἑταιρείας Βόλου.
Trivium	= Trivium, Journal of St. David's College, Lampeter.
VDI	= Vestnik Drevnei Istorii.
Zeitschr. Halle-Wittenberg	= Wissenschaftliche Zeitschrift der Martin-Luther-Universität Halle-Wittenberg.
Ehrenberg-Jones, *Documents²*	= V. Ehrenberg and A. H. M. Jones, *Documents illustrating the reigns of Augustus and Tiberius* (second ed., 1955).
Friedländer, *Epigrammata*	= P. Friedländer (with the collaboration of H. B. Hoffleit), Epigrammata, Greek inscriptions in verse from the beginnings to the Persian Wars (1948).
L. H. Jeffery, *The Local Scripts*	= L. H. Jeffery, The Local Scripts ... Cf. SEG XIX 932.

O. Masson, *ICS*	= O. Masson, Les Inscriptions chypriotes syllabiques — Recueil critique et commenté (1961).
W. Peek, *GV*	= W. Peek, Griechische Vers-Inschriften (1955-).
Schwyzer, *DGE*	= Ed. Schwyzer, Dialectorum Graecarum exempla epigraphica potiora (1923).
Tod, *GHI*	= M. N. Tod, Greek Historical Inscriptions I² (1946) et II (1948).

NOTAE IN TEXTU ADHIBITAE

[α β] = litterae ab editore suppletae quae in lapide fuisse videntur
ΕΔΟΞΕΤ. . . ΗΜΩΙ = ἔδοξε τ[ῶι δ]ήμωι

{α β} = litterae a quadratario perperam additae et ab editore damnatae
ΕΔΟΞΕΤΩΙΤΩΙΔΗΜΩΙ = ἔδοξε τῶι {τῶι} δήμωι

<α β> = litterae quas editor addidit utpote a quadratario temere omissas vel correxit utpote a quadratario falso exaratas
ΕΔΟΞΕΔΗΜΩΙ = ἔδοξε ⟨τῶι⟩ δήμωι
ΕΑΟΞΕ = ἔ⟨δ⟩οξε addita lapidis scriptione in comment.

(α β) = litterae interpretationis causa, e.g. in exitu vocis supplendo vel sigla reddendo, ab editore additae
ΤΡΙΗ = τριή(ραρχος) $\overline{\Theta C}$ = Θ(εό)ς

[[ ]] = litterae erasae
ΕΔΟΞΕ////////ΤΩΙΔΗΜΩΙ = ἔδοξε [[. . .]] τῶι δήμωι

[[α β]] = litterae erasae quarum vestigia adhuc agnoscuntur
ΕΔΟΞΕ////ΤΩΙΔΗΜΩΙ = ἔδοξε [[τῆι]] τῶι δήμωι

[[[α β]]] = litterae erasae quae ab editore suppletae sunt
ΕΔΟΞΕ////ΤΩΙΔΗΜΩΙ = ἔδοξε [[[τ]ῆι]] τῶι δήμωι

α̣ β̣ = litterae non satis certa ratione lectae
Γ/ = ε̣α vel ε̣δ, etc.

sic = ad notanda ea quae praeter morem in lapide incisa sunt, ne legentes typothetae vitium suspicentur

ϒ = vacat ᵃ = ante Chr. n. ᵖ = post Chr. n.

ATTICA

1. Decretum de Salamine, in. s. V^a. — IG I^2 1; SEG X 1, XII 1, XVIII 1, XXI 1. Aetatem decreti huius, quod litteratura (vid. n. 49 infra) et nomine archontis apud vs. 12 ut a se restitutum commemorato fretus ante a. 508^a attribuere iam mavult, praecipue tractat S. Luria, *Kadmos* III 1964, 100/107, ubi textum suum apud SEG III 1 exhibitum revocat et paullum mutat. Quod nunc profert infra transcripsimus; sed versus 12 saltem supplementum vix accipiendum esse putamus, et in hac re SEG X *loc. cit.* iam sequimur. Aetatem igitur quam ipsi malumus supra indicavimus.

Ἔδοχσεν τõι δέμοι· [τὸς ἑ Σα]λαμ[ῖνι κλερόχος]
οἰκẽν ἐᾶ Σαλαμῖνι [αἰεί: π]λὲν [ἐὰν ἀδύνατοι δ]-
σι τε[λ]ẽν καὶ στρατ[εύεσθ]αι: τ[ὰ δὲ ἄλ(λ)α τὲν γẽ(μ) μ]-
ὲ μι[σθ]õν· ἐὰ μὲ οἰκ[ẽι ἐκεῖ *h*]ο κλερõχος, τὲν γẽ-
ν δὲ [μ]ισθõι, ἀποτί[νεν τὸ μισθόμενον καὶ τὸ(μ) μ]-
ισθõντα *h*εκάτε[ρον ----------]
ἐς δ[ε]μόσιο[ν: πράτ(τ)εν δὲ τὸν ἃ]-
ρχο[ν]τα· ἐὰν [δὲ μέ, εὐθ]υ[νέσθο: τ]-
ὰ δὲ [*h*]όπλα π[αρέχεσ]θα[ι ἀπὸ τ]-
ριά[κ]οντα δρ[αχμõν], *h*ο[πλίζε]-
ν δὲ [τ]ὸν ἄρχοντ[α: ταῦτ' ἔδοχσ]-
εν: [ἐπ]ὶ τẽς B[ο]λε[κλέος ἀρχẽς].

12. Cf. etiam T. J. Cadoux, *JHS* LXVIII 1948, 119, c. adn. 265.

2. Decreta de Hecatompedo, a. 485/4^a. — IG I^2 3/4; SEG X 4/5, XVI 1, XXI 2. De officiis apud titulum hunc commemoratis, deque multis si non eo modo quo debebat explentur exactis, agit G. Màddoli, *Mus. Helv.* XXIV 1967, 1/11, qui testimonia aetatis recentioris formulis similibus expressa confert. Praecipue sententias ἐὰν δυνατο[ὶ δσι: ἐ]ὰν δὲ μέ --- (IG I^2 3, *C* vs. 20), ἐὰ[ν δ]έ τις: τ|[ούτον τι δρᾶι εἰ]δός κτλ. (IG I^2 4, vss. 6/7; cf. 11/12), *h*ὸς δ'ἂν λεί]πει: δυν|[ατὸς ὂν κτλ. (ibid. vss. 21/2) tractat, et de ratione facti voluntarii vel inviti his praescriptionibus admissa amplius commentatur.

3. Decretum de Phaselitis, a. 469/2^a. — IG I^2 16; SEG X 16, XIX 2, c. bibliographia pleniore, XXII 1. De interpretatione versuum 6/11, qualem protulit G. E. M. de Ste Croix, SEG XIX *loc. cit.*, breviter agit R. Seager, *Historia* XV 1966, 509/10, qui praescriptionem litigandi hic elaboratam artius explicat. Quod tamen eo loco de beneficio Phaselitis apud decretum attributo scripsimus iam manet.

4. Decretum de Aeginetis, a. 457/45ª. — IG I² 18; SEG X 8, XIV 2, XXI 7. Quod in vs. 9 *gamma* Ionicum videt, neque *sigma* in forma ϟ, ut bene cognoveramus, titulum ante a. 445ª necessario collocari credit, decretum hoc a. 432ª attribuit H. B. Mattingly, *Historia* XVI 1967, 1/5, et ad querelas Aeginetarum apud Lacedaemonios patefactas (Thuc. I 67,2) refert. Textum novis supplementis instruit quae non sine haesitatione ut veri similia profert.

Στοιχ. 42.

....ᵽ....ᵹ. λ[...ᵽ...., ἀποκρίνασθαι δὲ τοῖς πρέσ]-
[βεσι τ]οῖς Αἰγι[νετῶν ὁς Ἀθεναῖοι οὐκ ἐπ' αὐτοὺς ἐπὶ κ]-
ακοργίαι δὲ τε̃[ι Μεγαρέον καθίστασι νῦν ταῖς ναυσὶ]-
ν τὲμ ν̲ν̲ φυλακὲ[ν καὶ αἰεὶ δοκεῖ Ἀθεναίοισιν ἐμπεδõ]-
ν τὰ χσυνκείμε[να δικάζεσθαί τε κατά τὰς συμβολὰς α]-
ῖ εἰσιν αὐτοῖς π̣[ρὸς Αἰγινέτας, ἐὰν μεδὲν δρõσιν ἐπὶ]
βλάβει τε̃ι Ἀθεν̣[αίον .....ᵽᵹ.....]
ον μὴ πεμαίν ν̲ν̲ ε[ν ----------]
ν· ἐὰν δὲ αἴτιοι γ[ίγνονται ---------- στρ]-
ατεύεσθαι ἐπὶ τ[ὲν νε̃σον ----------]
κες ὅσες αὐτ̣ι ----------

Quod nostro iudicio argumenta a Mattingly prolata fidem non faciunt, aetatem titulo ut apud SEG XXI exhibitam in lemmate retinuimus; neque quae in supplementis inseruit materiem decretorum Atticorum saeculi quinti suppeditare solent. De aetate cf. etiam Russell Meiggs, *JHS* LXXXVI 1966, 94 n. 23.

5. Proxenia Delphorum (?), c. a. 450/49ª. — IG I² 27; SEG X 19, XII 9, XXI 15. Quae de aetate tituli urgebat H. B. Mattingly (vid. SEG XXI *loc. cit.*) iterum urget id., *Ancient Society and Institutions: studies presented to Victor Ehrenberg on his 75th birthday*, 1966, 206.

6. Acheloionis honores, c.a. 450/49ª. — IG I² 28a; SEG X 23, XII 10, XXI 16. Vid. H. B. Mattingly, *Ancient Society and Institutions*, 205/6, qui hunc quoque titulum aetati belli Archidamii ascribere mavult; cf. SEG XXI *loc. cit.*

7. Decretum Atheniensium de Milesiis, a. 450/49ª. — IG I² 22; SEG X 14, XIV 4, XIX 4, XXI 17; *ATL* II 57/60, D 11. Quod de aetate atque occasione decreti huius antea scripserat H. B. Mattingly (vid. SEG XIX et XXI *locc. cit.*) maiore iam asseveratione contra argumenta adversariorum repetit id., *Cl. Qu.* NS XVI 1966, 189/90. Quae tamen contendit reicienda esse putat Russell Meiggs, *JHS* LXXXVI 1966, 94/5 n. 18.

Cf. Mattingly, *Ancient Society and Institutions: studies presented to Victor Ehrenberg on his 75th birthday*, 1966, 207/9.

8. Lex de nummis, a. 449/8ª. — SEG X 25, XII 12, XV 4, XVIII 3, XIX 7, XXI 18, XXII 5; *ATL* II 61/8, D 14. Quae de lege hac a. 425/4ª attribuenda antea contenderat H. B. Mattingly (cf. praecipue SEG XIX et XXI *locc. cit.*) iterum urget id., *Cl. Qu.* NS XVI 1966, 187/9; cf. n. 7 supra.

Eadem fere vehementia eadem profert id., *Ancient Society and Institutions*, 193/6. Vid. tamen Russell Meiggs, *loc. cit.*, 94 et 96 n. 25; cf. etiam 97/8 adn. 44.

De fragmento Odessitano (SEG XXI *loc. cit.*) hocce etiam notandum esse putavimus. Namque quo modo tituli Graeci nonnulli ab insula Delo in museum urbis Odessae sunt transvecti olim explicavit B. Latyschew, *Ath. Mitt.* X 1885, 114, ut per epistulas monent E. Vanderpool et B. D. Meritt, qui testimonio ita feliciter respecto freti quaerunt an aetate eadem (a. 1827) fragmentum quoque nostrum e mari Aegaeo in Russiam sit peregrinatum. Si vero de origine Delia agatur, fortasse ad exemplar ipso in fano Apollinis erectum referri debeat. Sed haud dubium est quin de patria eius nihil pro certo sit asseverandum.

Bibliographiam de lege hac utilem praebet F. M. Heichelheim, *An Ancient Economic History*, II, 1964, 161 adn. 2.

9. Decretum Cliniae de tributis, a. 448/7ª. — IG I² 66; SEG X 31, XII 13, XV 5, XIX 8, XXI 21; *ATL* II 50/1, D 7. Vss. 43/6 et 68/72 praecipue tractat H. B. Mattingly, *Cl. Qu.* NS XVI 1966, 188/9, qui sicut antea decretum ad a. 425/4ª referre conatus est (vid. SEG XIX *loc. cit.*) ita viribus strenuioribus idem affirmat, reiectis quae contra dixerunt B. D. Meritt et H. T. Wade-Gery (SEG XXI *loc. cit.*). Coll. IG I² 65, vss. 18/21, proponit etiam vss. 58/61 huncce in modum esse supplendos:

h]όσοι δὲ τõν ἀπα[γ]-
[όντον τὸμ φόρον ἐς τὲν σανίδα ἀν]αγεγράφαται ὀφέ-
[λοντες ἐν τε̃ι βολε̃ι, τὲμ βολὲν ἐπ]ιδεῖχσαι τõι δέμ-
[οι κατὰ τὲν πόλιν *h*εκάστεν· ἐὰν δ]έ τις κτλ.

Annum post a. 438ª etiam mavult W. K. Pritchett, *BCH* LXXXIX 1965, 439. De decreto eodem vid. etiam F. M. Heichelheim, *An Ancient Economic History*, II, 1964, 78/9, apud quem non liquet utrum aetati Periclis an Cleonis re vera sit attribuendum. Sed pro anno ante a. 440ª, collata titulorum aliorum litteratura, nunc contendit Russell Meiggs, *JHS* LXXXVI 1966, 97.

Quae proposuerat breviter etiam repetit Mattingly, *Ancient Society and Institutions*, 1966, 202/3.

10. Decretum de Colophoniis, a. 447/6ª. — IG I² 14/15; SEG X 17, XXI 22; *ATL* II 68/9, D 15. Quod de aetate huius tituli antea asseveraverat H. B. Mattingly (vid. SEG XXI *loc. cit.*) resumit id., *Ancient*

Society and Institutions, 1966, 210/12, atque artius in a. 425/4ª collocat. Vid. tamen Russell Meiggs, *loc. cit.*, 94 et 96 n. 32.

11. Foedus Atheniensium cum Eretriensibus, a. 446/5ª. — IG I² 17; SEG X 35, XXI 23; *ATL* II 69/70, D 16. Vid. H. B. Mattingly, *loc. cit.*, 201/3, qui argumenta sua de aetate breviter repetit.

12. Decretum de Chalcidensibus, a. 446/5ª. — IG I² 39; SEG X 36, XXI 24, XXII 6; *ATL* II 70/2, D 17. Vid. H. B. Mattingly, *loc. cit.*, qui eodem modo iam pro a. 424/3ª contendere insistit. Argumenta eius vix esse probanda credit Russell Meiggs, *JHS* LXXXVI 1966, 94 et 96/7 n. 39.

13. Decretum de Messeniis, c.a. 446/5ª. — IG I² 37; SEG X 9, XIX 10, XXI 25. Quod apud SEG XXI de Messana Siciliae hoc titulo agi scripsimus accipit ut videtur H. B. Mattingly, *Cl. Qu.* NS XVI 1966, 186/7, qui tamen foedus ad a. 426ª, coll. Thuc. III 90,4, refert et nomen scribae [Φαντ]οκλῆς (*PA* 14114) supplet. Pro aetate supra scripta contendit Russell Meiggs, *loc. cit.*, 94 et 96 n. 36.

14. De colonia Bream deducenda, a. 439/8ª. — IG I² 45; SEG X 34, XII 15, XXI 29. Pro a. 426/5ª (vid. SEG XXI *loc. cit.*) denuo contendit H. B. Mattingly, *Cl. Qu.* NS XVI 1966, 172/90, qui testimonia nova se posse adducere credit quibus fretus attributionem suam suadere tentat; haec etiam locis cuique propriis commemoravimus. Cf. praecipue n. 39 infra. De aetate vid. etiam Russell Meiggs, *loc. cit.*, 94 n. 38; B. D. Meritt, *Greek, Roman and Byzantine Studies* VIII 1967, 49/50.

15. Decreta Calliae de pecuniis sacris, a. 434/3ª. — IG I² 91/2; SEG X 45, XII 18, XIII 5, XIV 5, XXII 7. De aetate decretorum contra H. B. Mattingly (vid. SEG XXII *loc. cit.*) breviter agit Russell Meiggs, *loc. cit.*, 86 et 98 adn. 44. Textum cum bibliographia praebet et in linguam Germanicam reddit G. Pfohl, *Griechische Inschriften als Zeugnisse des privaten und öffentlichen Lebens*, 1966, 92/7 et 213 n. 98.
Proposita sua de decretis breviter repetit Mattingly, *Ancient Society and Institutions*, 1966, 197/8.

16. De pactione Atheniensium cum Mytilenaeis, a. 427/6ª. — IG I² 60; SEG X 69, XII 27, XIII 8, XXII 8. Anno huic, ut videtur, titulum attribuere mavult P. A. Brunt, qui res in decreto tractatas plenius examinat, *Ancient Society and Institutions: studies presented to Victor Ehrenberg on his 75th birthday*, 1966, 82/4. Pro a. 425/4ª (vid. SEG XXII *loc. cit.*) denuo contendit H. B. Mattingly, *ibid.* 203/4.

17. De aede quadam conficienda, anni eiusdem. — IG I² 111; SEG X 71. Decretum die eodem atque n. 16 supra factum hoc quoque a. 425/4ª attribuit H. B. Mattingly, *loc. cit.*, 203/4 et 219/20 adnn. 60 et 62, qui opus in titulo commemoratum ad templum Vulcani refert. Vss. 6/9 supplementis novis etiam auget, quae infra exhibemus.

τῆς δὲ ἐργα]-
σίας *h*ο ἀρχιτέκτ[ον ἐπιμελέσθο ------]
ν τὸ μὲν κ[α]τε[σκευασμέν -------- τῶ]-
ν ἔργον ὅσα δ[εῖ ἐκτελέσαι ----------]

Cf. Mattingly, *Historia* X 1961, 170, ubi decretum de templo Minervae Victoriae agere credebat, quod nunc ut videtur renuntiat.

18. Decretum Cleonymi de tributis, a. 426/5ª. — IG I² 65; SEG X 72, XIII 10; *ATL* II 52/3, D 8. Fragmentum novum stelae notissimae in clivo meridionali arcis inv. N. Platon, qui breviter commemoravit, Ἀρχ. Δελτ. XIXB 1964, 22, c. im. ph. pl. 11β. Quod in Mus. Epigr. (n. EM 13355) translatum partes dextras versuum 22/34 praebere et infra fr. 5 atque a dextra fr. 6 esse collocandum agnovit E. Vanderpool. Textum versuum horum nunc accuratius comprehensum ed. B. D. Meritt, *AJP* LXXXVIII 1967, 29/32, c. im. ph. fragmenti novi pl. I et stelae totius excepto fr. 11 nunc recompositae pl. II. De aetate decreti breviter animadvertit Russell Meiggs, *JHS* LXXXVI 1966, 87.

Στοιχ. 36.

[*h*]εκάστοτε πρόσθε[ν τῶν *h*ερόον· ἔ]ρτο δὲ καὶ Σα-
μίοις καὶ Θεραίοι[ς *h*ομοῖον φ]σ[έ]φ[ι]σμ[α] π̣ερ̣[ὶ τ]-
ῶν χρεμάτον ὄν τε χ[ρὲ ποῆν πλ]ὲν τῆς αἱρέσεος
[τ]ῶν ἀνδρῶν καὶ εἴ τ[ις ἄλλ]ε πόλις ἐτάχσατο χρ-
[έ]ματα ἀπάγεν Ἀθέν[αζε· τ]ὸ δὲ φσέφισμα τόδε ἐσ-
[τέ]λει *h*ε Κεκροπὶ[ς πρυτα]νεία θέτο ἐμ πόλει· Π-
. . . κριτος εἶπε· τ[ὰ μὲν ἄλ]λα καθάπερ Κλεόνυμ-
[ος· *h*]όπος δὲ ἄρι[στα καὶ ῥᾶ]ιστα οἴσοσι Ἀθενα-
[ῖοι τ]ὸν πόλεμ[ον, γνόμεν ἐς] τὸν δε̄μον ἐχφέρεν
[ἐκκλε]σίαν [ποέσαντας *h*ε]οθινέν· Ἔδοχσεν τε̄ι
[βολε̄ι καὶ τō̃ι δέμοι· Κεκρ]οπὶς ἐπρυτάνευε, Πο-
[λέμαρχος ἐγραμμάτευε, *h*]υγιαίνον ἐπεστάτε,
[Κλεόνυμος εἶπε· τὰ μὲν ἄλλ]α κατὰ τὸ πρότερο[ν]
[φσέφισμα· . . . . . 14 . . . . .]ματα ἐς τὸν . . § . .

lacuna

21. De supplemento vid. SEG XIII *loc. cit.* ‖ 28 suppl. P. H. J. Lloyd-Jones et D. M. Lewis apud Meritt. ‖ Quod e vss. 26 30 haurimus propositum in vss. 10/26 expressum ipsum probuleuma fuisse, notat Meritt lectionem novam in vss. 10/11 esse requirendam; vss. 13/14 supplemento leviter mutato etiam afficit. Eos versus igitur hoc loco transcribendas esse putavimus.

10 ----------
[.., τοῖς δὲ ἐλλεν̣οταμίαις ἐκκλεσίαν ποεῖν] ἐπ-
[άναγκες περὶ τῶν πόλεον τὲν πρυτανεί̣α]ν ἤτ-
[ις ἂν πρυτα]νεύε[ι εἴκοσι ἐμερῶν μετὰ] Διονύσ-
[ια. κτλ.

19. Proxenia Lyconis Achaei, inter a. 425 et 412ª. — IG I² 93; SEG XIII 11. Aetatem tituli quam apud SEG XIII *loc. cit.* proposuimus approbat H. B. Mattingly, *Ancient Society and Institutions: studies presented to Victor Ehrenberg on his 75th birthday*, 1966, 213/14, qui tamen artius a. 422/1ª proponit et Lyconem civem non Achaiae Peloponnesi sed Achaiae Phthiotidis fuisse urget.

20. De navibus, c.a. 409/8ª. — IG I² 122; SEG X 131. Titulum c. a. 420ª re vera esse collocandum contendit H. B. Mattingly, *loc. cit.*, 198/200.

21. Archelai Macedonum regis honores, a. 407/6ª. — IG I² 105; SEG X 138, XV 13 (c. bibliographia pleniore). In vss. 11/12 ἐσαγό|[ντον *hoι* ἕνδεκα ἐς τὸ δ]ικαστέριον supplet id., *loc. cit.*, 200, qui praecipue formas modi imperativi -όσθω(ν) atque -έσθω(ν) 196/203 examinat, si ita aetatem titulorum lectionem vel hanc vel illam praebentium accuratius definiat.

22. Decretum gentis vel phratriae cuiusdam, c. a. 460/50ª. — *Spata*, nunc *Athenis* in Museo Epigr. (n. EM 13352). Fragmentum stelae undique nisi partim a dextra mutilum ed. M. T. Mitsos, Ἀρχ. Ἐφ. 1965, 137/8 n. 2, c. im. ph. pl. 44a.

Στοιχ. 20.

[..ʕ.. *hόπος*] ἂν τ[ὰ κοινὰ σ]-
[ᾶ ἔι ...ʕ.. χρ]εμά[το]ν μὲ ε-
.....ꟾ.... ν μεδὲ δοσι
[....ʕ... μεδ'] ἐπὶ διαλέχ-
5 [σει ....ʕ...]ι τέχνει με-
[δὲ μεχανεῖ με]δεμιᾶι: ἐὰν
[δὲ ....ʕ....] μὲ καταλίπ-
[ει ....ʕ....]ενας κλερο-
.....ꟾʕ..... αι τον κο.
10 .....ꟾʕ..... τιδῶν: ἐὰν
[δέ τις ἐπιφσεφ]ίζει ἄλλ[α]
[παρὰ τὰ νῦν ἐφσ]εφισμένα

[.....ꟾʕ..... ε]ὐθυνέσθ-
[ο χιλίαισιν δραχμεῖσι(?)] τ.
15 ----------

7/8. [δὲ κ'ἀποθανὸν] μὲ καταλίπ|[ει παῖδας ἄρσ]ενας profert Mitsos.

23. Tabula Hellenotamiarum, a. 454/3ª. — List 1; IG I² 191 et 197 vss. 1/5; SEG V 1 et 7 vss. 1/5, X 146. De 'postscripto' tabulae primae, in latere dextro stelae magnae inciso, agit W. K. Pritchett, *Greek, Roman and Byzantine Studies* VII 1966, 127/9, qui praecipue lectiones in vss. 9, 11, 13 apud *ATL* II exhibitas propter lapidem valde deformatum ut sine fundamento verove valore prolatas condemnat.

Rem eandem suscipit M. F. McGregor, *ibid.* VIII 1967, 103/12, qui ectypa versuum in dubium vocatorum perscrutatus quae protulerat *ATL* iterum defendit et reliquias in lapide laeso exstantes vix alio modo esse interpretandas contendit.

24. Tabulae eorundem, a. 448/6ª. — Lists 7/8; IG I² 196 et 198; SEG V 6 et 8, XXI 59, XXII 13. Ad argumenta quae de forma partis superioris 'stelae primae' adduxit W. K. Pritchett, SEG XXI et XXII *locc. cit.*, respondet B. D. Meritt, *Hesperia* XXXV 1966, 134/40, c. imm. ph. pl. 42, qui demonstrat eum in natura summi lapidis imperfecti manentis dignoscenda non bene iudicasse; neque enim ἀναθύρωσις vera ibi videri potest neque proiectura in lapidem alium ut infigatur apta. Quare tabulam sextam scilicet in lapide superposito inscriptam reicit, atque iterum monet (139) Athenienses annum unum (a. 449/8ª) a tributis exigendis intermisisse.

Quod tamen de summa lapidis antea proposuerat argumentis amplioribus repetit Pritchett, *Greek, Roman and Byzantine Studies* VII 1966, 123/9, c. imm. ph. pl. 6/9 fig. 1/5; adversatur tamen M. F. McGregor, *ibid.* VIII 1967, 103/4, qui cum opinione a Meritt expressa consentit et rationem a Pritchett prolatam non esse accipiendam contendit.

25. Tabula eorundem, a. 446/5ª. — List 9; IG I² 199; SEG V 9, XIV 11, XXI 60. De lectione versus primi contra M. F. McGregor (SEG XXI *loc. cit.*) quod protulerat D. M. Lewis approbat W. K. Pritchett, *loc. cit.*, 127, et [βε]ργ[αῖοι] ab eo suppletum accipit. Reicit tamen McGregor, *Greek, Roman and Byzantine Studies* VIII 1967, 104, qui quod antea scripserat iterum asseverat.

26. Tabulae eorundem, a. 430/25ª. — List 25 (IG I² 218; SEG V 28, X 170); List 26 (IG I² 216/17, 231; SEG V 25, X 171); List 27 (IG I² 214/15, 225; SEG V 29 et 38, X 172); List 28 (IG I² 222; SEG V 26, X 173). Vid. etiam SEG XIX 21, XXI 63. Apud *ATL* II 29/32 tabulae ita numeris donatae ad annos 430/29, 429/8, 428/7, 427/6 (vel

426/5) attributae sunt; ordine inverso habet H. B. Mattingly, *Cl. Qu.* NS XVI 1966, 179/84, cur easdem a. 426/5, 427/6, 428/7, 429/8 (vel 430/29) esse attribuendas contendat; cf. SEG XXI *loc. cit.* Argumenta eius breviter reicit B. D. Meritt, *Greek, Roman and Byzantine Studies* VIII 1967, 50/51.

In tab. 26, col. II vss. 43/4, [ταῖσδε πό]λε[σιν *h*]οι | [ἰδιῶται φόρ]ο[ν ἐ]τ[ά]χ[σαντο] supplendum esse urget Mattingly, *loc. cit.*, 181.

27. Tabulae poletarum de rebus Hermocopidarum venditis, a. 415/13ª. — SEG XIII 12/22, XV 29, XVI 13, XVIII 7, XIX 23/25. De 'stelis Atticis' vid. etiam F. M. Heichelheim, *An Ancient Economic History*, II, 1964, 169 adn. 8, qui bibliographiam utilem praebet.

SEG XIII 12, vss. 33/49 et 209/38, exhibet et in linguam Germanicam reddit G. Pfohl, *Griechische Inschriften als Zeugnisse des privaten und öffentlichen Lebens*, 1966, 96/101 n. 99, c. bibliographia 213. De stelis breviter agit, et im. ph. SEG XIX 23, fr. *i*, praebet B. D. Meritt, *Inscriptions from the Athenian Agora*, 1966, n. 16.

Naturam ac rationem tabularum extentius tractat David M. Lewis, *Ancient Society and Institutions: studies presented to Victor Ehrenberg on his 75th birthday*, 1966, 177/91, qui in adnotationibus correctiones ad textus nonnullas profert:

Stela II (SEG XIII 13), vs. 173: pro Μ lege Π (190 adn. 38)
Stela VI (SEG XIII 17), vs. 86: pro ἐκχαλ[κόματα] lege ἐκ Χαλ[κίδος ἐπικαρπία], vel aliquid simile (191 adn. 56)
vss. 168/70: Κεττ[ο]ῖ π[ιτυϊνόν (*e.g.*)] πρὸς[*nomen loci* ----] Κεττο[ῖ ----------] (186 et 191 adn. 57)
vss. 172/3: ποτέ[ριον ἀργυρῶν] τορ[ευτόν] (190 adn. 37).

28. Traditiones quaestorum Minervae, a. 434/3-407/6ª.— De stelis in quibus hi tituli sunt inscripti, necnon de modo atque ordine traditionum inscribendarum tractat Wesley E. Thompson, *Cl. Qu.* NS XVI 1966, 286/90, et argumenta de his rebus e lapidum reliquiis, quas maxima cum cura indagavit, acutissime hausta peragit. De genere atque aetate stelarum tabulas utiles instruit, quas ut lectoribus nostris prosint leviter mutatas infra adscivimus.

Traditiones Pronai. Stelae quattuor hos annos secundum Thompson comprehenderunt, quarum II et III opisthographas fuisse bene cognovimus, unde de I et IV idem requirere possumus.

I. lat. adversum	a. 434/3-431/30ª	IG I² 232/5	SEG X 184/6, XXII 15/16
lat. posticum	a. 422/1-419/18ª		SEG XXI 64
II. lat. adversum	a. 430/29-427/6ª	IG I² 236/9	SEG XXII 17/18
lat. posticum	a. 418/17-415/4ª	IG I² 244/7	SEG XXII 21/22

III. lat. adversum	a. 426/5-423/2ª	IG I² 240/3	SEG XV 24, XXI 65, XXII 19/20
lat. posticum	a. 414/13-411/10ª	IG I² 248/53	SEG X 187/8, XXII 23
IV. lat. adversum	a. 410/09-409/8ª	deperditum	
lat. posticum	a. 408/7-407/6ª	IG I² 254/5	SEG X 189/91, XXII 24, et vid. n. 29 infra.

Traditiones Parthenonis. Stelas quinque omnes nisi Ia opisthographas traditionibus his addicit Thompson.

I. lat. adversum	a. 434/3-431/30ª	IG I² 276/9	SEG XXII 35/8
lat. posticum	a. 414/13-412/11ª	IG I² 286/8	SEG X 205/6, XXI 66/8, XXII 43
Ia.	a. 411/10ª	deperditum	
II. lat. adversum	a. 430/29-427/6ª	nondum editum	
lat. posticum	a. 422/1-419/18ª	IG I² 280/3	SEG X 202, XXI 66, XXII 39/42
III. lat. adversum	a. 426/5-423/2ª	deperditum	
lat. posticum	a. 418/17-415/14ª	deperditum	
IV. lat. adversum	a. 410/09-409/8ª	IG I² 284/5(?)	SEG X 203/4, XXI 69
lat. posticum	a. 408/7-407/6ª	IG I² 289/90(?)	SEG X 208/9, XXI 69.

Traditiones Hecatompedi. Has traditiones tribus tantum stelis, omnibus eodem modo opisthographis, esse commissas contendit Thompson.

I. lat. adversum	a. 434/3-427/6ª	IG I² 256/63	SEG X 192/4, XXII 25/7
lat. posticum	a. 426/5-423/2ª	deperditum	
II. lat. adversum	a. 422/1-419/18ª	IG I² 264/7	SEG X 195
lat. posticum	a. 418/17-415/14ª	IG I² 268/71	SEG X 196, XXII 28/9
III. lat. adversum	a. 414/13-411/10ª	IG I² 272/3	SEG X 197, XXII 30/4
lat. posticum	a. 410/09-407,6ª	IG I² 274/5	SEG X 198/9.

29. Traditio Pronai, a. 407/6ª. — IG I² 255; SEG X 191, XXII 24. Cum IG I² 254 anno 409/8ª et IG I² 255, vss. 303/22, a. 408/7ª attribuendos esse contendat, IG I² 255, vss. 323/31, in a. 407/6ª, ut supra indicavimus, collocat J. Tréheux, *Études d'Archéologie Classique* III 1965, 5/38, c. im. ph. pl. I, W. B. Dinsmoor secutus. De anno vid. praecipue 10/11.

Opiniones textusque editorum priorum commentariis extentioribus recenset, et argumenta eorum artissime repetit; quae nuper scripsit Wesley E. Thompson (SEG XXII *loc. cit.*) etiam in appendice 36/8 comprehendere potest. Tentaminibus aliorum tandem reiectis supplementisque suis optime meritis deinde explicatis, textum novum, quem subscripsimus, praebere pergit.

De traditione hac, ut nunc apparet, eadem fere ac Tréheux excogitaverat B. H. Hill, cuius e schedis textus refert D. W. Bradeen, *Hesperia* XXXV 1966, 345. Namque mirum in modum evenit ut quem textum infra exhibemus eundem protulerit Hill, nisi quod in vs. 327 ....ιθ....]αθίο et in vss. 330/31 Πρόνε[ο πλὲν | στεφάνο κτλ.] praebet. Quare argumenta et supplementa ita bis confirmata esse iure credidimus.

Στοιχ. 45.

[Ταῦτα *hοι* ἐπὶ Ἀντιγένος ἄ]ρχσαντες ταμίαι Καλλι . . [5] . .
. . . . . [3] . . . . . : Φίλιππος Φιλεσίο Προ[ϝ][πάλτι]-
[ος: . . . . . [19] . . . . .]εύς: Μενέστρατος Μενε[ϝ][τράτο]
[Φλυεύς(?): . . . . . [11] . . . . . Ἐλε]υσίνιος: Ἀντιφῶν Ἀντιφῶ[ντος Κ]-
[ριοεύς: *hοῖς* . . . [8] . . . . Γν]αθίο Λευκονοιεὺς ἐγρα[μμάτευ]-
[ε, παρέδοσαν *hε*λλενοταμ]ίαις Χαριάδει Χαρίο Ἀγ[ρυλῆθε]-
[ν καὶ χσυνάρχοσιν ἐπὶ Κ]αλλίο ἄρχοντος ἐπὶ τῆς β[ολῆς *hε*]-
[1 . . . . . [11] . . . . πρῶτος ἐ]γραμμάτευεν □ ἐκ τῶ Πρόνε[ο χορὶ]-
[ς στεφάνο χρυσῶ: Ι :, σταθμ]ὸν τούτο ΔΔΔΗΗΙΙΙ. *vacat*

vacat

Cf. etiam A. G. Woodhead, *Cl. Rev.* NS XVII 1967, 226. De traditionibus ceteris quas tractaverat B. H. Hill quarumque textus profert Bradeen apud *Hesperia, loc. cit.*, 331/45, in SEG XXIV agemus.

30. Traditio Parthenonis, a. 412/11ª. — IG I² 288; SEG X 206, XXI 68. Fragmentum nuper in agora repertum, de quo vid. SEG XXI *loc. cit.*, nunc apud Museum Epigr. (n. EM 13337) conservari notat M. T. Mitsos, Ἀρχ. Δελτ. XIXB 1964, 16.

31. Traditiones quaestorum reliquorum deorum, a. 429/8ª. — IG I² 310; SEG X 225, XVI 11, XXI 74, XXII 46. Vs. 132. De sententia ἐν Ἄγρας denuo agit P. Chantraine, *Rev. Phil.* (IIIe Sér.) XL 1966, 37/9, qui interpretationem suam (de qua vid. SEG XVI *loc. cit.*) ratione pleniore urget. Vid. etiam infra nn. 33 et 40.

32. Traditiones epistatarum, a. 408/7 et 407/6ª. — IG I² 313/14; SEG X 213. IG I² 313, vss. 173/83, et 314, vss. 14/18, adducit Wesley E. Thompson, *Num. Chron.* (Ser. VII) IV 1964, 104/5, ubi de pretio auri argentique apud Athenienses, si inter se comparentur, *ibid.* 103/23 extentius disserit.

33. Rationes, a. 426/5-423/2ª. — IG I² 324; SEG X 227, XII 44, XVI 12, XXI 75, XXII 47. Vs. 91. Quod de sententia ἐν Ἄγρας antea scripserat P. Chantraine, SEG XVI *loc. cit.*, iterum suscipit id., *loc. cit.* supra (n. 31). Vid. etiam infra n. 40.

34. Rationes, a. 414/13ª. — IG I² 297; SEG X 229, XXI 77. De Melesandro in vs. 3 nominato agit Wesley E. Thompson, *Hesperia* XXXVI 1967, 105/6, quem coll. TAM I 44 (monumento notissimo Xanthi Lyciae), ubi nomina omnia ut videtur ad annos hos pertinent, ipsum praetorem fuisse neque pro patre praetoris Euctionis esse habendum urget: quare στρατεγῦι Μελ]εσ[ά]νδρ[οι κτλ.] vel aliquid simile supplendum foret.

35. Rationes, a. 409/8ª. — IG I² 301; SEG X 233, XII 45, XXI 78, XXII 48. Lat. *A* vs. 54 et Lat. *B* vss. 112/114 praecipue tractat Wesley E. Thompson, *Num. Chron.* (Ser. VII) IV 1964, 107/11, ubi testimonia de pretio auri atque argenti confert; cf. etiam n. 37 infra. In vs. 54 numerum TXX[X]HHH𐅂H𐅂Δ legit.

36. Rationes, a. 407/6ª. — IG I² 304B; SEG X 234, XXI 79, XXII 49. Rationes has totas ad annum quem supra scripsimus referendas esse contendit B. D. Meritt, *TAPA* XCV 1964, 204/12, qui re denuo minutissime examinata contra W. K. Pritchett (SEG XXI *loc. cit.*) opinionem olim a Iohanne Kirchhoff prolatam iterum vindicat, partem superiorem stelae *post* partem inferiorem esse inscriptam, neque titulum ordine continuo ab initio usque ad finem, ut volebat Pritchett, lapidi esse commissum. Lectiones tamen novas quas excudere potuit Pritchett omnes accipit; namque illas interpretationi suae nullo modo obstare immo vero subvenire putat. Tabulis utilissimis (pp. 206, 208) menses prytaniasque anni etiam ordinat.

37. Minervae statua ex auro et ebore facta, a. 440/39ª. — IG I² 355; SEG X 263 (cf. XXI 82). Numerum in vss. 15/16 𐅂TX𐅂H𐅂Δ𐅂ΗΗΙ legit Wesley E. Thompson, *Num. Chron.* (Ser. VII) IV 1964, 103. Cf. nn. 32 et 35 supra.

38. Dedicatio Alcmeonidae, Alcmeonis f., c. a. 550/45ª. — Ad IG I² 472; cf. SEG XIV 13. Ad fin. versus 3 M dispicere potuit J. Ebert, qui de supplementis antehac ad vs. 4 prolatis etiam dubitat et ipse ectypo denuo pertractato textum suum, quem infra exhibuimus, praebet *Zeitschr. Halle-Wittenberg* XV 1966, 392/3 n. IV.

[Φοί]βο μέν εἰμ' ἄγαλ[μα Λ]ατ[ο]ῖδα καλ[ό]ν·
[*hο* δ' Ἀ]λκμέονος *hῦι*ς Ἀλκμεονίδες
*hί*ποισι νικέ[σας ἔ]θεκέ μ' [ὀκέαις],
*hὰ*ς Κνοπι . [3-4] ς ἔλαυν' *hο* . . . [1-3] . . .
*hότ'*ἐν Ἀθάναις Παλάδος πανέ[γυρις].

39. Dedicatio Leagri choregica, c.a. 440ª(?). — SEG X 322 c.a. 430/20ª attribuendum esse urget H. B. Mattingly, *Cl. Qu.* NS XVI 1966, 173/6, coll. de Leagro et Pantacle testimoniis aliis quae ad decennia ultima saeculi quinti spectant. De Pantacle addendus erat SEG XXI 90, ex. s. Vª attributus. Cum litteratura haud dissimilis ab IG I² 45 (n. 14 supra) videatur, tituli ambo aetati belli Archidamii sunt addicendi, ut putat Mattingly, unde litteraturam generis eius eo tempore floruisse credendum est. Vid. tamen nuperrime B. D. Meritt, *Greek, Roman and Byzantine Studies* VIII 1967, 45/52, de cuius argumentis apud SEG XXIV breviter tractabimus.

40. Fasti publici(?), s. V^a p. prior. — IG I² 840; SEG X 347, XIX 27. Vs. 4. De ἐ[ν Ἄγρας--] ab A. N. Oikonomides suppleto (SEG XIX *loc. cit.*) vid. nunc P. Chantraine, *Rev. Phil.* (IIIe Sér.) XL 1966, 37/9, et nn. 31 et 33 supra.

41. Sepulcrum publicum, a. 446^a. — SEG X 410, XXI 123. Quod monumentum hoc proelium ad Delium non ad Coroneam commissum commemoret denuo contendit H. B. Mattingly, *Cl. Qu.* NS XVI 1966, 176/7; cf. SEG XXI *loc. cit.* Argumenta quae contra propositum illud adduxit D. W. Bradeen in appendice pp. 191/2 seponenda esse urget Mattingly, vel potius pro proposito suo re vera indicare putat. Aetatem quam supra scripsimus mavult Russell Meiggs, *JHS* LXXXVI 1966, 94 et 96 n. 37.

Carmen ab Euripide poeta esse compositum urget, et monumentum ad SEG XIX 42 et Athenienses in Sicilia a. 415/13^a mortuos refert A. A. Papagiannopoulos-Palaios, Πολέμων VIII 1965/6, 5/26, c. imm. ph. fig. 1 et 4/7, et del. formae monumenti totius pristinae, qualem fuisse credit, fig. 3. Textum suum antea prolatum (vid. SEG X *loc. cit.*, c. adnn.) repetit 5/6, nisi quod in vs. 1 ἀγῶνα et in vs. 3 δ[υσ]μενέον legit. Quod titulus litteram *rho* 'cum cauda' exhibet proposito suo obstare negat, coll. praecipue IG I² 527 (SEG XXI 91), quem Th. A. Arvanitopoulou secutus aetati expeditionis Siciliensis attribuit. Argumenta de litteratura inscriptionum med. s. V^a ab H. B. Mattingly per annos recentiores identidem allata fortasse ignorabat; certe non adducit.

Sed attributio haec plures suscitat difficultates quam ut videtur credebat Papagiannopoulos-Palaios, et ratio eius, quamvis bene ac diserte exposita, plus voluntatis quam fidei habet; quare annum quem nobis ipsis persuasum iam retinemus supra scribere maluimus.

Textum cum bibliographia praebet et ad a. 447/6^a monumentum refert G. Pfohl, *Greek Poems on stones* I, 1967, 30/31 n. 90.

42. Sepulcra publica, s. V^a. — IG I² 928/69; SEG XIX 42. Vid. A. A. Papagiannopoulos-Palaios, Πολέμων VIII 1965/6, 76/9, ubi in sepulcreto publico Atheniensium tractando titulos hos breviter adducit.

43. Tit. sep. filiorum Cylonis, c. a. 550/40^a(?). — IG I² 1016; SEG X 454, XXI 153; W. Peek, *GV* I, 147. Titulum hunc nunc apud Museum Epigr. conservari (n. EM 13314) monet M. T. Mitsos, Ἀρχ. Δελτ. XIXB 1964, 16. Textum cum bibliographia brevi praebet G. Pfohl, *Greek Poems on stones* I, 1967, 20 n. 58.

44. Mon. sep. Byli, c. a. 525^a. — SEG XII 81, XXI 164. Quod titulus hic apud Mus. Epigr. (n. EM 13318) conservatur notat M. T. Mitsos, *loc. cit.*

45. Mon. sep. Mnesagorae atque Nicocharis, c. a. 440/30^a vel paullo post. — IG II² 12147; W. Peek, *GV* I, 95. Stelam hanc artifici eidem qui nn. 46/7 infra confecit, fortasse Bocotio cuidam, attribuit B. Schlörb-Vierneisel, *Ath. Mitt.* LXXIX 1964, 102/4, quae etiam im. ph. praebet Beilage 50. Textum cum bibliographia brevi profert G. Pfohl, *op. cit.* supra (n. 43), 41 n. 117.

46. Mon. sep. Eupheri, c. a. 430^a. — Stelam marm. integram c. aetomate atque anaglypho iuvenis stantis et strigilem tenentis, in Ceramico inv. n. P. 1169, ed. B. Schlörb-Vierneisel, *loc. cit.*, 85/104, c. imm. ph. Beilagen 48, 1, 49, 51, 1; de stela praecipue 93/5, 101/4 agit.

Εὔφηρος.

47. Mon. sep. Lissi, c. a. 430/20^a. — Partem superiorem stelae marm. c. aetomate, *ibid.* inv., Ceramicus inv. n. I. 417, ed. eadem, *loc. cit.* (praecipue 98/9), c. imm. ph. Beilage 51, 2.

Λίσσος.

48. Terminus sepulcri Helicae, ex. s. V^a. — IG I² 864 iterum repertum, Agora inv. I 2408, ed. B. D. Meritt, *Hesperia* VIII 1939, 77/9 n. 24, c. im. ph., qui interpretationibus priorum recensitis lapidem de locatione salicis cuiusdam notissimae agere credebat. Quod reicit E. Vanderpool, *Hesperia* XXXV 1966, 276/7 n. 3, et monumentum in regionem fori e sepulcreto extra muros a Fauvelio esse allatum notat. Quare titulum ut terminum sepulcri merum interpretatur, et nominis defunctae exempla alia (inter quae SEG XXI 1022) confert.

hόρος
hελίκης.

49. De litteratura titulorum Atticorum antiquiorum disserit S. Luria, *Kadmos* III 1964, 88/100 (cf. n. 1 supra), ubi partis eius libri *The Local Scripts* (vid. SEG XIX 932) a L. H. Jeffery conscripti quasi recensum profert. Namque contendit illam titulos permultos aetati recentiori quam debebat attribuisse, et demonstrat *theta* punctatum et *heta* 'apertum' statim post abecedarium apud Graecos receptum floruisse — unde lapides formas eas exhibentes in s. VI^a p. priore collocari posse neque in saeculum quintum comprimi debere.

Cuius argumenta quamvis nonnulla valde probanda non inter titulos privatos publicosque vel inter titulos in vasibus tabulis aeneis lapidibus scriptos satis discernunt. Licet titulum hunc vel illum antiquiorem quam volebat L. H. Jeffery credamus, schema ab illa prolatum nostro iudicio magna ex parte valere putandum est.

50. Quod hos per annos tot titulos Atticos ca. med. s. V^{a} antea attributos ad aetatem belli Archidamii vel pacis Niciae referre voluit H. B. Mattingly (vid. SEG XVIII/XXII *passim*), contentionibus eius ut melius adversetur de litteratura a lapicidis Atticis saeculi quinti adhibita extentius tractat Russell Meiggs, *JHS* LXXXVI 1966, 86/98, tabulis utilissimis pp. 92 et 94 instructis e quibus facilius formas litterarum momenti maximi dignoscat lector et de usu lapicidarum, quomodo ad titulos aetati propriae attribuendos valet, testimonia perciat. Unde apparet ea quae ita vehementer contenderat Mattingly vix esse accipienda, atque opiniones priorum his argumentis validiores contra reprehensionem factas animis firmioribus sequi possumus.

51. **Proxeniae Catanaeorum duorum, c. a. 360/50^{a}.** — IG II² 162. Fragmentum *b*, frustra ab J. Kirchner quaesitum, repperit J. Pečírka, *Listy filologické* LXXXIX 1966, 266/9, c. imm. ph. pl. II/IV, qui lapides denuo mensus ac scrutatus monet fragmentum *a* vix ad monumentum idem atque *b* et *c* pertinere; neque pro certo ut videtur habendum est frr. *b* et *c* partes tituli eiusdem praebere, quae idcirco melius inter ἀδέσποτα sunt ordinanda.

De fragmentis *b/c* vid. quoque eund., *The Formula for the grant of Enktesis in Attic Inscriptions*, 1966, 38/9.

52. **Acanthiorum et Diensium legati laudantur, a. 349/8^{a}.** — IG II² 210. Titulo eidem etiam IG II² 259 et frustulum EM n. 6874 attribuit E. Schweigert, *Hesperia* VI 1937, 329/32 n. 6, et textum recompositum edidit. EM n. 6874 re vera fragmentum *b* tituli IG II² 162, quod exscripserat Wilhelm sed repperire nequiverat Kirchner, praebere agnovit J. Pečírka, *Listy filologické*, *loc. cit.*, et ab hac stela esse dissociandum monet. Cf. titulum praecedentem.

53. **Honores Dionysii, a. 335/4^{a}.** — IG II² 363; SEG XII 89, XXI 281. Quae de litteris incertis in vss. 3/4 legendis contenderat W. K. Pritchett (SEG XXI *loc. cit.*) redarguit B. D. Meritt, *TAPA* XCV 1964, 213/17, qui lectiones editorum priorum praecipue esse consulendas monet, neque Pritchett lapidem ipsum vel ectypa bene legisse credit. In vss. 4/5 lectionem ’A]νθε[στηρι||ῶνος confirmat, sed in vs. 3 non ΛΕΩ sed ΑΓΟ (quod olim viderat H. G. Lolling) nunc accipere mavult, in quo reliquias nominis patronymici scribae qui anno Evaeneti archontis magistratu functus est videt. Unde vss. 1/7 huncce in modum exhibet:

Στοιχ. 29.

[. . . . . ?? . . . . . ἐπ’ Εὐαιν]-
[έτου ἄρχοντος, ἐπὶ τῆς .ι.]ηἰ[δος πρυ]-
[τανείας ν ἧι Πρόξενος Πυλ]αγό[ρου Ἀχ]-
[ερδούσιος ἐγραμμάτευε· ’A]νθε[στηρι]-

[ῶνος ἐνδεκάτει, τρίτει τῆ]ς πρυ[τανε]-
[ίας· ἐκκλησία κυρία· τῶν π]ροέδρω[ν ἐπ]-
[εψήφιζεν . . . . .]εύς· νννν

Ratio versus tertii supra descripta scribam Nicostratum ’Αρχέλεω ἐκ Μυρρινούττης numquam exstitisse docet, qui ideo ■ prosopographia Attica expelli debet. Cf. SEG XXI *loc. cit.*, et n. 54 infra.

54. **Histrionis cuiusdam honores, a. 331/30^{a}.** — IG II² 348; SEG XXI 282. Vs. 7. Supplementum suum apud SEG XXI *loc. cit.* commemoratum retractat B. D. Meritt, *TAPA* XCV 1964, 217. Cf. n. 53 supra, adn.

55. **Fragmentum decreti (in honorem epimeletae cuiusdam?), a. 328/7^{a}.** — IG II² 452; SEG XIV 56, XXI 284. Lectionem suam in vs. 4, quam confirmavit Sterling Dow quoque (vid. SEG XXI *loc. cit.*), contra argumenta a W. K. Pritchett allata (vid. *ibid.*) defendit B. D. Meritt, *TAPA* XCV 1964, 217/21, neque in titulo archonti scribaeque iustis assignando locum disputationi inesse credit. Cf. etiam A. G. Woodhead, *Mnemosyne* (Ser. IV) XIX 1966, 90.

56. **Androcles, Aesculapii sacerdos, honoratur, anni eiusdem.** — IG II² 354; SEG XVIII 14, XXI 285; *Syll.*³ 299. De vss. 5/6 iterum agit B. D. Meritt, *loc. cit.*, qui reiectis quae contra supplementum et errorem lapicidae requisitum obiecerat W. K. Pritchett proposita sua iam praeferenda esse urget.

57. **Memnonis honores, a. 327/6^{a}.** — IG II² 356; SEG XXI 286; M. N. Tod, *GHI* II 199. Quae in vss. 2/4 antea proposuerat iterum adfirmat B. D. Meritt, *loc. cit.*, 225/6, qui quod contendit W. K. Pritchett (SEG XXI *loc. cit.*) haud validum esse monet.

58. **Honores quorundam, anni eiusdem.** — SEG XXI 288. De vss. 3/4 et supplemento a W. K. Pritchett (vid. SEG XXI *loc. cit.*, adn.) prolato tractat B. D. Meritt, *loc. cit.*, 221/5; ceteris enim reiectis *delta* ante *epsilon* legendum esse consentit, et de δ’ἐνάτει μετ’ εἰκά[δας vel δεκάτει μετ’ εἰκά[δας cogitat. A lacuna tamen ante haec verba supplenda iure abstinet.

59. **Euphronis Sicyonii honores, a. 323/2^{a}.** — IG II² 448, vss. 1/34; SEG XXI 297. Quae de lectione versus 4 animadverterant W. K. Pritchett et C. W. Fornara (vid. SEG XXI *loc. cit.*) reicit B. D. Meritt, *TAPA* XCV 1964, 226/8, qui quod ipse antea proposuit iterum adfirmat.

60. Decretum proxeniae, a. 322/1ª. — IG II² 289 et 372; SEG XXI 300. Fragmenta haec stelae uni ab E. Schweigert attributa (cf. SEG XXI *loc. cit.*) seiungenda esse demonstrat J. Pečírka, *Listy filologické* LXXXIX 1966, 262/6, c. im. ph. pl. I. Apud IG II² 289 notat vss. 1/5 (11/15 textus coniuncti apud SEG XXI praebiti) Στοιχ. 26, 7/11 (17/21) Στοιχ. 27 esse inscriptos; unde incertum manet an in vs. 6 (16) nomen Aristophontis oratoris (Στοιχ. 26 — namque patronymicum in forma Ἀριστοφάν]ο[ς scribere necesse est) supplendum sit. Fragmentum idem aetati paullo anteriori, a. 352/36ª, attribuere etiam mavult; cf. eund., *The Formula for the grant of Enktesis in Attic Inscriptions*, 1966, 57/8, c. im. ph. pl. 12.

Supra vs. 1 (11) M in spatio ultimo versus dispicit Pečírka, qui etiam ad init. vs. 2 (12) ε]ὐεργέτην legit.

61. Euphronis Sicyonii honores, a. 318/17ª. — IG II² 448, vss. 35/8; SEG XXI 317, XXII 95. Revocato quod recentissime proposuit, locum difficillimum in lapide scrutatus Μαιμακτηριῶνος [ἕν]η[ι καὶ νέαι, κτλ.] nunc mavult B. D. Meritt, *loc. cit.* supra (n. 59), 254, et urget archontem in mense Maemacterione ita quattuor vel quinque dies suppressisse ut dies ultimus mensis idem ac tricesimus quintus prytaniae quartae fieret.

62. Decretum in honorem collegii cuiusdam, a. 304/3ª. — IG II² 488, vss. 8/9. Ἀν[τίοχο]ν Πίθωνος Προβαλίσιον supplet J. S. Traill, *Hesperia* XXXV 1966, 236, coll. n. 86 infra, vs. 176.

63. Honores prytanum tribus Aeantidis, anni eiusdem. — SEG XIX 84 et XXI 592 partes catalogi tribus huius esse, et stelae eidem ac fragmentum quod ed. W. K. Pritchett, *Hesperia* XVI 1947, 184/5 n. 91, c. im. ph. pl. XXXVIII esse attribuendos, urget J. S. Traill, *loc. cit.*, 206 (cf. 237/8). Coll. n. 86 infra titulum ita auctum in anno quem supra indicavimus nunc collocare debemus.

